Anthologia
ab
Aleandro
B. ario
Nachdalo
Musuro
Hermonymo
ublicata

10487

N° 18032

Table des Ouvrages de ce Volume

Antologia Graecorum Epigrammatum Liber primus universus per Franciscum Bellicarium Peguiltionem in Latinum sermonem conversus. pag. 1.

Senarii Graecanici Quingenti et eò amplius versi, singuli Moralem quandam Sententiam aut Typum proverbialem prae se ferentes, Othmaro Nacht=gall. Argentino Metaphraste. pag. 115.

8° P
325

HIERONYMI ALEANDRI MOTTENSIS TABVLAE SANE QVAM VTILES GRAECARVM MVSARVM ADYTA COMPENDIO INGREDI CVPIENTIBVS.

Aegidius Gourmontius imprimendas curauit Lutecię Pariſiorum.

56

A

MAZARINE BIBLIOTHEQUE

Hieronymus aleander bonarū litterarū in vrbe lutecia ſtudioſis. S.

¶ Queādmodum ij/qui magnū ſaltū facere nituntur/aliquādo lōgius
retrocedunt: ita & nos per pluſculos iā dies ꝓublicas intermiſimus le=
ctiōes nō ꝓfecto vt veternoſo ocio torpeſceremus: ſed vt recuperata in=
tegra valetudine ad priſtinū officiū vobis rediremus alacriores. Neqꝫ ta
men interim turpiter ceſſauimus. Nam pręter cum publica tum priuata
negocia/quibus nō parū diſtinemur. nō oīno longa litteris ſalute dicta:
aliquid cotidie noſtris contubernalibus & grece & latine pręlegimus. &
vtriuſqꝫ linguę lexicon. necnō & elegātiſſimā Theodori grāmaticā cu=
rauimus imprimēdā. Et qm̄ nō ita oībus gręcarū cupidis litterarū mul
tum in illis ꝑdiſcēdis tpis cōſumere datū eſt/quod vobis ſemper cordi
fuiſſe cognorā/& vſui pariter & honori ſperabā fore tabellas haſce/fide
liſſimos litterarū gręcarū veluti traduces/quas in fœliciſſima & docto=
rum virorū optima parēte Aurelia excogitarē: ſucciſiuis horis recogno
ui/ad normāqꝫ theodoreę grāmaticę/quā vobis enarraturi ſumus rede
gi/& multo q̄ antea nitidiores & vtiliores vobis primū/deinde & per
vos alijs tradidi publicandas. Debeant igitur Luteciæ par eſt: quicunqꝫ
vbi vbi terrarū per has noſtras tabulas ꝓficient/cuius vidēdę gratia &
variarū linguarū doctrinā ꝓ virili mea condecorandę per tot tamqꝫ dif=
ficilia viarum ſpacia huc me contuli. Debeant & Aurelię vbi in pariſinę
peſtis ꝑturbatiōe a clariſſimis illius academię doctoribus iucūdę & ho=
norifice habitus vobiſqꝫ ſeruatus huiuſcemodi nō (vt ſpero). pœnitendū
munuſculum autore deo adinueni. Potueram (fateor) maioribus ſtudijs
pluſqꝫ mihi glorię cōparaturis has horas impendere: ſed priuato cōmo
do/cōmunē p̄ferēdā cenſui vtilitatē. In quo/ſi nō ſtrenue aliquid/certe
nō ignauius fuiſſe a nobis puto factum q̄ ſi/ne animum dum remitto/
prorſus amitterem: doliū ſurſqꝫ deqꝫ in cranio volutaſſem: aut lapillos &
conchas in littore collegiſſem. Id aūt opuſculi quicquid eſt: vt a me be=
nigno vobis animo datur. Ita et vos lubenter ſuſcipiatis velim mihi Ca
riſſimi auditores. Itaqꝫ perſuaſum habeatis nullum eſſe tam obtuſi ige
nij: tam diuerſe ꝓfeſſionis. tam natu grandem: tam multis deniqꝫ nego
cijs impeditum: quin poſſit per noſtras tabulas breui in gręca littératu=
ra ꝓficere. Quod & ipſarum ordo: & cōpendium: & vt facilius circunfe=
rantur: enchiridii forma vnicuiqꝫ facile & oſtendere & pręſtare poteſt.

Valete.

¶Nomina Literarum Græcarum.

¶Alpha Vita Gamma Delta Epſilon Zita Ita Thita Iota Cappa Lambda My Gni Xi Omicron Pi Rho Sigma Taf Ypſylon Phi Chi Pſi Omega.



¶Iam primum omniũ ſatis cõſtat pleraſq; græcorũ literas a Phœnicibus defluxiſſe. Apud quos vel eedẽ quæ hebraicæ/vel nõ admodũ diſſimiles literę fuerũt. Et ꝑpterea gręcã in illis etymologiã q̃rere ianeeſſe

¶Multas vocaliũ/ & diphthongorum /necnon aliarũ literarũ ſecus q̃ nunc/ apud veteres ꝓnunciari ſolitas/cum ratione tum gręcorum & latinorum auctoritate colligimus.

¶Nunc eandẽ dicimus eſſe vniuſcuiuſq; literæ in contextu vim & prolationem: que in earum noĩe prima reperitur. vt Alpha: A. Bita vel Beta. B. Gãma G. ¶Et ſi ſequatur aſpiratio/eadem in prolatione & latina ſcriptura exprimitur. Phi. ph. Thita. th. Chi. ch. Pſi. preterea p̃ duas literas apud nos ſcribitur & ꝓfertur ps. raro etiã bs. Q̃m huic duplici latinorum vſus vnam tm̃ figurã vt duabus alijs nõ conceſſit. Q̃ζq̃ id Claudius Cæſar aliquando attentauerit. Rho tñ in principio tm̃ dictõis: Et in medio/ſi duplex ſit/ſecundo loco aſpiratur. Rhodos. Pyrrhus

¶Bita ſeu Beta non per noſtrũ. B. ſed per digãma Aeolicum/vel u. cõſonantem fere profertur: q̃q̃ non ita aperte. queãdmodum & hebręi interdum ſuum Beth βάρβαρος. varuaros. latine tamen Barbarus

¶Gamma ante. γ. ξ χ per. ν. ꝓnunciatur ἄγγελος. angelus. λύγξ. lynx. ἐγχειρίδιον. enchiridiõ. Añ. κ. vero ꝓfertur q̃dẽ ipm̃ γ p̃. ν. ſed κ. per. g. ἀνάγκη. anangi vel anange. ¶Delta non prſus vt latinis. D. ſed ꝓducta ſenſim p̃ dentes lingua/aliquãto minus/q̃ Thita aſpe ꝓnunciatur. ¶Ita ꝓfertur a grecis noſtri temporis eodẽ ſono/quo I ſed latine in E longũ tranſſertur. Hinc Beta & Theta veteres noſtri dixerunt ſic & Zeta. Neq; id ſine ratione que cõſuetudini non cedit ſed indulget ¶Thita ꝓlata p̃ arctiores dentes lingua/a literæ quidem. τ. platiõe incipit: ſed vehemẽti⁹ q̃ delta in anſerinum ſibilum expiratur.

¶Iota apud græcos ſemper vocalis eſt/& ꝑpterea vbiq; ſyllabã facit.

¶Item. γ. κ. χ. ante. ε. vel. ι. aut eiuſdẽ ſoni cęteras vocales/vel diphthõgos aliquãto craſſius quã ante diuerſi ſoni literas ꝓferuntur Quod audiendo quiſpiã facilius addiſcet/quam legẽdo. ¶Lãbda añ. ι. vel ſimilem ſonum p̃inde ꝓfertur ac. lii. vbi prius. i. ſit conſonans. vel queãdmodum hiſpani vernacula lingua duplex ꝓnunciant. ll.

¶Idẽ fere accidit in litera. ν. ſequente. ι. vel ſimilis ſoni litera. νι. vt itali gni. vel hiſpani ea q̃ per duplex. nn. idiotice ſcribunt. ¶Itẽ. ν. añ. β μ π. in cõpoſita dictiõe/in ſcripturã & ꝓlationẽ literæ. μ. mutatur añ vero. λ

in ip̄m. λ. ¶Eiuſdē.ν.in diuerſis dictionib⁹ an̄.β.μ.π·non mutatur qui dē ſcriptura ſed ꝓlatio fit p.μ.idq̨ ſi in medio non fiat diſtinctio q̄ legē= tē ſiſtat. ¶π.p̄cedente.μ.p.b.noſtrū ꝓfertur πεμπω. pembo:pariterq̨ p̄cedente.ν.q̄q̄ in diuerſis dictionibus. τον.πετρον. ton betrō. ¶σ.Mo nadicon.i.ſui cuiuſdā iuris/ab aliquibus Aſemon.i.vacuū drǣ nota dici tur. ¶T.p̄cedente.ν.in eadē vel diuerſa dictiōe p.d. fere ꝓfertur. τον. ταντα λον.ton dādalon.ſed queādmodū nos.d.ꝓnunciamus/nō vt græ ci ¶φ.minus dure q̄.f.ꝓfertur.aliaq̨ ē litera.Qz q̄ in aliquib⁹ gręcis. f. in locū.φ.ſucceſſit apud veteres noſtros. ¶Diphthongorū αυ.ευ.ηυ.ωυ ꝓlatio licet in literarū tabula āphibologię fugiēdę cā p.f. ſcribatur:nō p f.tn̄ oīno ꝓfertur/neq̨ per.v.vocalem ſed conſonantem. ¶Illud aīad= uerſione dignū vocales ſubiūctiuas.id eſt.ι.&.ν.qn̄ p̄poſitiuis coniunctę duobus in apice punctis notātur/a diphthongo liberas ſyllabā p ſe face re/& p ſe ꝓnunciādas eſſe.αϋ.εϊ. ¶Illic p̄menda ſyllaba ꝓferēdo eſt. vbi tonus recte poſitus inuenitur. Enclitica accentū remittūt ad p̄ceden tia:& iccirco eodē fere tractu dicenda. ¶Tonorū inter ſe differentia ꝓferendo nō apparet vel quia nō facile dignoſcitur/ queādmodū nec in literis:quarum ſonos (vt ait Fabius) non cuiuſlibet auris eſt exigere: vel quia reuera vt pleraq̨ in ſciētiis alia eorꝫ ꝓlatio cōfuſa & corrupta ē ¶Atq̨ in hunc ferme modum ſe habet gręcorꝫ nr̄i tp̄is prolatio In qua nihilo ſunt nobis fœliciores quum in vtraq̨ lingua prolationem noſtrā ab antiqua maxime exiſtimem delirare An putabimus veteres illos quū gręcos tum latinos ita diphthongos & preſertim proprias vt vocales ſi plices pronunciaſſe· Et rurſus vocales ita breues/vt longas. Aſpiratas vt tenues? Quę igitur malum demētia eſt ea ſcribere q̄ non proferimus Neq̨ nunc mihi obijciat quiſpiam Epigramma catullianum·quū non minore ſcommate dignus ſit qui tenuibus aſpiret/quam qui aſpirata te= nuiter proferat.

¶Ceterum ex iis/q̄ ſuperius notauimus/vt nōnulla ambitioſius fortaſſe ab iſtis proferri credo:ita quorumdam ſententiā dāno/qui perinde mu= tas aſpiratas ac tenues cum magna auditorum amphibologia barbare pronūciant. Et quę ſola fere ad poſteros peruenit: vetuſtam corrumpūt prolationem ad quam cum non facile poſſimus cæteras literas a barba ris reuocare ſcientiam ſaltem loquendi nobis reſeruantes vſum populo concedamus· Quem penes arbitrium eſt/& ius/& norma loquendi· Equidem ita hebraica/græca & latina ſtudeo proferre vt in vnaquaq̨ il

larum linguarum a maxime doctis video obſeruari. Quod qui faciet / id (vt puto) adſequetur. vt nulla earum alij officiat. Monet id faciendum in noſtra græcaq; lingua. F. Quintilianus.

Accen | tuum

Toni | .3. Spiri | tus.ij. Affe= | ctus.3.

Acutus ' grauis ' Circūflexus ~ Aſper. Lenis. Hyphē ‿ Diſtinctio. Apoſtroph9 '.

Veteres longū habebant ſic — & breuem ſic ᴗ quib9 in ābiguæ q̄titatis ſyllabis notādis vtebātur Et hæc tempora appellabant.

¶ Situs tonorū; & iuxta ipſius varietatem denoīationes

θεόσ Cxytonon acutitonum φίλοσ Paroxytonon penacutum ϖάμφιλοσ Proparoxytonō antepenacutum.

μουσῶν Periſpomenon circūflexum μοῦσα Properiſpomenon penanflexum

¶ Quicquid in non vltima tonū habet barytonum gn̄aliter appellatur.

¶ Grauis: ſyllabicus dicitur tonus: & in oī ſyllaba intelligitur eſſe: vbi nulla alterius toni nota ſupſcripta eſt. Ponitur & grauis acuti loco in vltima dictiōis acutitone / qn̄ in ſermonis cōtextu inuenitur. vt ἀγαθὸσ ἀδελφὸσ ἀδελφὸν φιλεῖ

¶ Spirituum ſitus.

Aſperi ἅγιοσ. ῥήτωρ θαῤῥῶ Lenis ἀγαθὸσ θαῤῥεῖ

¶ Affectuum ſitus & conditio

Hyphen το‿πρῶτον. Diſtinctionis ὅ,τι quod relatiuum Apoſtrophi quæ eſt colliſionis nota. φέρ' εἰπέ. βάλλ' οὕτωσ

¶ Vocalium α. ε. ι. ο. collidi poſſunt. Diphthongorū vero. αι. ¶ Si colliſionem faciendo muta precedēs vocalem abiectā tenuis ſit in ſuam aſpiratam cōuertitur: ſi prima ſequentis dictionis vocalis ſit aſpirata. ἐπὶ ἡμῖν ἐφ' ἡμῖν.

¶ Vltima ſi ſit longa: neq; poteſt penultima circũflecti: neq; in antepenultima tonus eſſe. Excipiuntur attica vt μενέλεως. Item ſi dictio deſinat in αι vel οι nõ ſequente in eadẽ ſyllaba conſonãte: q̃tum ad tonorum rationem adtinet/ qui in penultima vel antepenultima collocẽtur ꝑ breuibus habentur: non mutata tamen q̃titate ἄνθρωποι μοῦσαι Optatiua excipiuntur. πλήθοι. πλήσαι

¶ Supra breuem ſyllabam: vel poſitione longam: vel quantamcũq; antepenultimam circũflexus non habet ſitum: ſed acutus.

¶ Penul. lõga ſi tonum habeat circumflectitur: ſequente breui vel poſitione tantum longa. μοῦσα αῦλαξ.

¶ Non vbiubi ſit acutus ſyllabam productam intelligas λόγος

¶ Neq; ſi penultima ſit longa natura vel poſitione continuo habebit tonum: niſi voculationis ratio ita requirat ἄνθρωποι. λέγοντες.

¶ Nominatiuus/ accuſatiuus/ & vocatiuus/ ſi in vltima ſyneręſin non patiente tonũ exigit is erit acutus. Circunflectuntur vocatiui nominũ i εὺς. vt ὁ βασιλεύς ὦ βασυλεῦ

Et femininorum in ω vel in ως deſinentium ἡ λητώ ὦ λητοῖ.

¶ Genitiuus & datiuus in vltima longa habens tonũ circumflectitur. κωφοῦ. κωφῷ. in eadem breui acuitur. πυρός πυρί.

Excipias atticos genitiuos. λεώ νεώ.

¶ Et q̃m in ſyllabę incidimus mentionem/ quamuis ꝓpoſitum noſtrũ ſit ſtudere breuitati & quum latinę linguę nõ imperitos ad gręcas litteras introducamus: ea quæ a latinis diuerſa ſunt tãgere operæ tamẽ pretium erit aliquid de ſyllaba deq; ipſius quãtitate obiter dicere: q̃d etiã doctrinam accentuum non parũ iuuabit.

¶Igitur ſcire oportet quemadmodum & apud latinos cæteraſq; natio=
nes e literarum coniunctione fieri quas proprie ſyllabas .i.comprehenſio
nes nūcupamus :quāuis vni⁹ tantū vocalis & ſyllaba & dictio īueniatur

¶Syllaba breuis eſt /in qua vocalis breuis vel communis nonniſi breui
ter a poętis vſurpata nulla ſequente poſitione impeditur.

¶ Syllaba natura longa /in qua eſt vocalis longa/vel communis non ni
ſi longe apud poetas in vſu habita vel quælibet ex diphthongis.

¶Syllaba poſitione longa/in qua vocalis breuis/vel communis breui=
ter tantum vſurpata ſeq̄ntib⁹ duabus cōſonis vel vna duplici producitur.

¶Syllaba communis/in qua vocalis communiter accipitur vt in dictio
nibus καλόσ & ἶσοσ .apud Theocritum vel breuis /vel communis
breuiter tantum vſurpata ſequente muta cum liquida vel μν. ϖτ. κτ
Quæ omnia pręcedentem vocalem natura breuem communem reddūt
Fiunt & aliter ſyllabæ apud poetas communes:de quibus alias.

¶Dictio. Oratio.

¶E ſyllabis coniunctis dictiones:e dictionibus oratio conſtituitur.Cu=
ius partes octo.
Nomen /verbum participium/pronomen articulus/quæ declinantur:
præpoſitio/aduerbium /coniunctio indeclinabiles ¶Noſtri articu
lum pronomini:græci interiectionem aduerbio ſubijciunt.

¶Accidentia partibus orationis eadem fere /quæ apud latinos.

¶Partium tamen quomodocunq; declinabilium tres ſunt numeri.Sin=
gularis /dualis/pluralis
Sed induali nominatiu⁹ & accuſatiuus ſūt ſimiles ſicut & genitiu⁹ & da
tiuus eiuſdem numeri eandem inter ſe vocem habent.

¶Declinabilium per caſus genera ſunt /maſculinum/ femininum/neu=
trum/duobus commune:& ſi quis addere vult/promiſcuum.
Caſus quinq; Nominatiuus/genitiuus datiuus/accuſatiuus / vocatiuus.
Sed hoc poſtremo caret articulus.Nam ὦ .aduerbium eſt vocandi.